

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**Ignorationem Scriptvrae Cavsam Esse Errorvm : Dispvtatio Philosophica, Qvam
Occasione Dicti: Marc. XII. v. 24. Conscriptam**

Rostochii: Stanno Adleriano, [1746?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862445760>

Druck Freier  Zugang





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn862445760/phys_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862445760/phys_0001)

DFG

109

a. B.

48. b. 8.

20.

Fa-1092(20)

2. 4.

3.

2. 2.

4.

5. 2.

0.

7.

3. 1.

4.

7.

3.

0.

1. 4.

Q. D. B. V.

IGNORATIONEM SCRIPTVRAE CAVSAM ESSE ERRORVM.

DISPVTATIO PHILOSOPHICA,

QVAM

OCCASIONE DICTI : MARC. XII. v. 24.

CONSCRIPTAM

IN ACADEMIAE PATRIAE AUDITORIO MAIORI

D. XXVII. AVGUSTI, ANNI QVAM REDITVM
EST IN GRATIAM MDCCXLVI.

H. C.

PLACIDO DNN. OPPONENTIVM EXAMINI
SVBMITTENT

P R A E S E S

ANDREAS CHRISTIANVS

Beterse n,

PHILOSOPHIAE MAGISTER. REGIAE SOCIETATIS
TEUTONICAE, QVAE GOTTINGAE FLORET, COLLEGA,

ET

R E S P O N D E N S

IOANNES GABRIEL Bries.

ROSTOCHIENSIS.

S. S. THEOLOGIAE STUDIOSI.

ROSTOCHII.

STANNO ADLERIANO,

13.

24.

2.

22.

26.

24.

20.

2.


15.

31.

3.

33.

4.



13.
24.
3.
22.
24.
21.
20.
19.
18.
17.
16.
15.
31.
32.
33.
4.
CARMEN CONCINNVM

QVOD

**PER EXIMIO ET EGREGIE DOCTO
DOMINO**

P R I E S.

COGNATO. AMICO SVO MVLTIS NOMINIBVS

COLENDISSIMO.

*DISPV TATIONIS
MIVS RESPONDENTI DIGNISSIMO.*

DICAT

ANDREAS CHRISTIANVS
Petersen,

Noster



Noster amor, Phoebique decus : spes
magna TVORVM

Quid valeant humeri nunc documenta
dabis.

Indolis ostendens magna vestigia nobis
Dum RESPONDENTIS munus obire
cupis.

Felix pugnator ! Sic sic iuuat ire per alta,
Liuor iners vitium spernitur atque ti-
mor.

Perge velut pergis , breuis est via , larga
videbis

Praemia. Tunc titulo TE meliore
canam.





13.

24.

2

22.

26

21.

20.

2

15.

31.

32.

33.

S. I.

Disputare non ita pridem, abitum ex Illustri Gotti*Ingressus* gens Academia parans, incepi: de *Ignoratione Scripturae atque potentiae Dei, causa errorum*. Ansam mihi, quod vel ex rubro patet, praebuit CHRISTI cum Sadduceis de mortuorum resurrectione disputatio, quam *Cap. XXII. Marthaei, & Marci Caput XII.* includit. Illa praeferunt verba, quae generalem saluatoris nostri in Sadduceos animaduersiōnē continent, specialem argumenti mei scopum determinarunt. Digitum intendo ad *commen-*
24. capit. e Marco citati: οὐ διατοῦτο τὸ λαύραδε, μη εἰδότες
τας γῆραφας, μηδὲ τὴν δυναμίν του θεού; Per temporis angustiam tum quidem impeditus, quo minus, quae de Sadduceorum fluctuatione dicta erant, ad errores in genere consideratos applicare possem, quae tunc promisi, quantum in me erit, nunc, ex parte saltim, efficere studebo. Studebo scilicet monstrare: *Ignorationem Scripturae S. merito dici errorum causam.* Et vero mihi proposueram simul quoque, in quantum *ignoratio potentiae Dei errorum* dici queat *fons & origo*, ipsis hisce paginis determinare. Sed nolunt tempora. Nolunt: ac speciali cuidam meditationi haec dissertationis nostrae pars specialis reseruetur, iubent. Subsistendum igitur erit in generalioribus. Et ibi quidem, quod iam semel dixi, in id praecise inquirendum: *Num ignoratio S. Scripturae vere sit causa errorum?* Limitando hic respondebimus: quatenus scilicet errores respiciuntur

A

tur

*Quousque
extenden-
dum sit vo-
cabulum er-
rorum.*

tur circa veritates easque practicas pariter atque theoreticas, quae ad stabiliendam conscientiam rectam, quae ad promouendum virtutis studium, quae ad praecipuam felicitatis humanae partem faciunt.

§. II. Ultima hacce determinatione addita iam opus esse vix crediderim ut ad quosnam praecise errores extendenda sit haec propositio, expressius dicam. Omnes omnis generis errores inde comprehendi, nemo tam ini quis erit, qui absolum hunc & certo respectu sibi ipsi contradicentem sensum nobis tribuat. Dantur errores omnem fere numerum excedentes, qui in inuentis humanis, e. g., physicis & mathematicis, qui in rebus domesticis, qui in aliis rebus, communem vitam concomitantibus, quotidie committuntur. De his certe nemo umquam dixerit, eorum fontem esse ignorantem Scripturae. Faciunt quidem non nego, etiam veritates physicae, veritates in rebus domesticis, & hoc genus aliae, ad promouendam aliquo modo hominum felicitatem. Ast non faciunt ad illam, quae tranquillitatem animi, quae pacem hominis cum semetipso infert, quae, ut paucis cuncta dicam, nos vel in hac vita beat. Hoc autem felicitatis humanae genus, hi errores felicitatem illam inpugnantes praecipue hic, rectius dicerem, vnicce in censum veniunt, & juxta hos, quae postea dicentur, omnia diuidari debent.

*Status que-
stionis et pra-
cipua eius
membra in-
digantur.*

§. III. Quum igitur ignorantem S. Scripturae causam esse errorum contendeo, nemini facile non patebit, sermonem mihi esse de defectibus, de insufficientia lumini naturae in promouenda nostra felicitate, deque & iisdem & eadem ex sola S. S. perscrutatione emendandis. Hinc totius disputationis caput eo potissimum reddit, ut, quae lumini naturae eiusque dictaminibus in genere competat auctoritas, veracitas, sufficientia, adcuratius paullo determinetur. Et hic quidem officio meo tum demum satis mihi videbor fecisse, quum, licet concessa sub certa restrictione dictaminum sanae rationis auctoritate diuina; atque

atque concessa & defensa principiorum quorumdam, ex quibus potiora luminis rationis dictamina deduci queant, omnibus hominibus communium existentia; veram tamen certitudinem dictaminum luminis naturae, quatenus haec promouendae nostrae felicitati inseruiunt, non esse nisi ex consensu cum verbo reuelato stabilieram, probauerim. Quo autem, quae modo dicta sunt, dilucidius perspiciantur, praecipua dissertationis huius momenta sigillatim recensebo. Disputabo de luminis naturae auctoritate & veracitate in genere. Absoluam quae-huc pertinent tribus hisce quaestionebus: (i) Annon diuina sit luminis rationis auctoritas & infallibilis; adeo, ut qui secundum dictum sanae rationis procedit, sit omnis erroris expers? (ii) An dentur principia luminis rationis communia, omnium hominum animabus insita, non theoretica solum, sed & practica; quae, quum sint dictamina luminis naturae, auctoritatem habeant diuinam? Et An igitur (iii) dictamina luminis naturae, siue sanae rationis, eiusdem prorsus sint auctoritatis ac verbum reuelatum? Sit itaque quaestio:

De

Luminis naturae auctoritate et veracitate in genere.

§. IV. Non certe de nihilo esse existimo despicere: *Annon diuina sit luminis rationis auctoritas & infallibilis; adeo quaectionis I.* vt, qui secundum dictum sanae rationis procedit, sit omnis erroris expers? Constat enim, quanta nostris praesertim temporibus audiantur de philosophicarum demonstrationum certitudine iubila. Nihil ferme frequentius est, experientiam testor! quam quod ope luminis rationis innumerare conclusiones ex indubitatis principiis legitimo modo erutae dicantur. Nullum, quod maiori cum adplausu recipiatur, axiomā, quam hoc: quod demonstratum est, est infallibile. At vero vnde? quid sit demonstratum; unde, quaenam sint principia indubitata? iudicium ferri

A2

*Membrum
lumen natu-
rae non red-
dat homi-
nem infalli-
bilem.*

debet

debet. Si ex ipso rationis lumine, non certe frustra vereor, ne incertum probetur per aequem incertum. Stabiluntur principia. Dicuntur infallibilia. Ratio est, quia lumen naturae ea subpeditat. Quod autem lumen naturae ea subpeditet, ex eodem naturae lumine iterum efficitur. Hic probandi, hic demonstrandi modus quo naturae talo, vel ex ipsa forte ipsorum praxi, qui eundem collunt, cognosci abunde poterit & dijudicari. Ridet philosophus, quem summam romani pontificis auctoritatem ex ipsius infallibilitate probari intelligit. Et cur ridet? Quoniam incerta veritas magis adhuc incerto principio inaedificatur. Quid autem? si ipsis luminis naturae dictaminibus non minor vicinque adhaerent incertitudo? Quid? si corrupta virium animi facies hoc plus esse quam possibile suadeat? Quid? si ipse philosophorum in omnibus suis φιλοσοφουμενοι dissensus hanc dictaminum sanae rationis incertitudinem confirmet; ubi tum infallibilitas & dictaminum, quae demonstrantur, & principiorum, per quae demonstrantur? Quae quum ita sint, ego quidem iudicauerim, nisi ad consensum cum verbo reuelato, dictamine, principio, lumine certiori, quaevis veritates ad promouendam felicitatem nostram facientes redigantur, examinentur, probentur, aequem incertum esse animum, ac manere; Num conclusiones illae, ex solo lumine rationis haustae, verae sint an falsae? Num, quae pro principiis indubitatis venduntur, ex tenebris naturae, an ex lumine naturae proueniant? Num denique tota demonstratio legitima sit, an eronea?

*Argumen-
tum (a) in
costrarium:
DEus est au-
tor luminis
naturae.*

§. V. Probe equidem scio, non deesse argumenta, quibus sententiam suam contrariae partis patroni colorent. Vrgeri potest, (vt vnum alterumue hic repetam.) *Quod lu-
men naturae ipsum DEVm habeat auctorem:* Quod lumen rationis non minus, ac scripturae lumen a DEO proueniat: Quod hoc naturae lumen inditum nobis sit tanquam lux, cuius ope verum a falso discernere habeamus (*). Nec est admodum difficile, ad quas praecise conclusiones praesub-
posita

posita ista nos deducere debeant, praeuidere. Ita enim fluit demonstratio: Quod cunque lumen DEVM ipsum auctorem habet, eius dictamina sunt ipsius DEI dictamina. Ergo dictamina luminis rationis erunt ipsius DEI dictamina. Quaecunque dictamina sunt ipsius DEI, ea habent auctoritatem diuinam. Hinc sunt infallibilia. Ergo dictamina luminis naturae habent auctoritatem diuinam. Et sunt infallibilia. Quaecunque dictamina sunt infallibilia, illa sunt expertia erroris. Ideoque, quicunque dictamina luminis rationis sequitur, sequitur dictamina ipsius DEI. Eaque infallibilia. Et expertia erroris. Quicunque sequitur dictamina expertia erroris, ille est expers erroris. Ergo quicunque sequitur dictamina luminis rationis, est expers erroris. Et posset praeterea hoc ipsum argumentum, pro diuina luminis rationis auctoritate pugnans, communiam etiam theologorum confessione illustrari. Hi quidem ad unum omnes, nullam in S. S. reuelari potuisse veritatem, concedunt, quae dictaminibus luminis naturae vel in leuissimis vere contradicat. Per veritatem certe DEI omnimode est *aduocatus*, reuelationem ullatenus cum ratione re-
cta pugnare: sic, ut aliquid theologice verum esse possit, quod philosophice est falsum. Ratio enim quum non minus, quam reuelatio DEVM habeat auctorem, si hae interfici pugnarent, DEVS sibi esset ipsi contrarius.

A 3

§. VI.

(*) Hoc argumentum, quod lumen naturae DEVM ipsum habeat auctorem, maximo studio vrget MATTH. TINDAL in venenato libro: *Christianity as old as the Creation*. Vrget illud ad probandum, religionem naturalem esse absolute pertinaciam. Esse inmutabilem. Esse omnis augmentationis vel supplementi expertem. Vrget illud, ut doceat, dictamina luminis naturae homini cuius non posse esse non satis evidenter. Immo quoquis tempore sufficiens esse rationis lumen; quod verum a nobis exigat et perfectum cultum ditinum, Conf. Chap. I, p. m. 4. editionis Londin, de Ao. 1730. in 4. Maj. Vrget igitur illud ad eundem, ni fallor, finem, quem hic §. intendit, ad probandum scilicet, quod in amplectendis solidis luminis naturae dictaminibus omnis necessario erroris debamus esse expertes. Verba differunt. Res coincidit.

22.

23.

24.

25.

26.

27.

28.

29.

30.

31.

32.

33.

34.

35.

36.

37.

38.

39.

40.

41.

42.

43.

44.

45.

46.

47.

48.

49.

50.

51.

52.

53.

54.

55.

56.

57.

58.

59.

60.

61.

62.

63.

64.

65.

66.

67.

68.

69.

70.

71.

72.

73.

74.

75.

76.

77.

78.

79.

80.

81.

82.

83.

84.

85.

86.

87.

88.

89.

90.

91.

92.

93.

94.

95.

96.

97.

98.

99.

100.

101.

102.

103.

104.

105.

106.

107.

108.

109.

110.

111.

112.

113.

114.

115.

116.

117.

118.

119.

120.

121.

122.

123.

124.

125.

126.

127.

128.

129.

130.

131.

132.

133.

134.

135.

136.

137.

138.

139.

140.

141.

142.

143.

144.

145.

146.

147.

148.

149.

150.

151.

152.

153.

154.

155.

156.

157.

158.

159.

160.

161.

162.

163.

164.

165.

166.

167.

168.

169.

170.

171.

172.

173.

174.

175.

176.

177.

178.

179.

180.

181.

182.

183.

184.

185.

186.

187.

188.

189.

190.

191.

192.

193.

194.

195.

196.

197.

198.

199.

200.

201.

202.

203.

204.

205.

206.

207.

208.

209.

210.

211.

212.

213.

214.

215.

216.

217.

218.

219.

220.

221.

222.

223.

224.

225.

226.

227.

228.

229.

230.

231.

232.

233.

234.

235.

236.

237.

238.

239.

240.

241.

242.

243.

244.

245.

246.

247.

248.

249.

250.

251.

252.

253.

254.

255.

256.

257.

258.

259.

260.

261.

262.

263.

264.

265.

266.

267.

268.

269.

270.

271.

272.

273.

274.

275.

276.

277.

278.

279.

280.

281.

282.

283.

284.

285.

286.

287.

288.

289.

290.

291.

292.

293.

294.

295.

296.

297.

298.

299.

300.

301.

302.

303.

304.

305.

306.

307.

308.

309.

310.

311.

312.

313.

314.

315.

316.

317.

318.

319.

320.

321.

322.

323.

324.

325.

326.

327.

328.

329.

330.

331.

332.

333.

334.

335.

336.

337.

338.

339.

340.

341.

342.

343.

344.

345.

346.

347.

348.

349.

350.

351.

352.

353.

354.

355.

356.

357.

358.

359.

360.

Argumen- §. VI. Nouum quoque argumentum pro adfirmando
tum (b) in quaestio[n]is nostrae statu inde desumi video, quod *Apostolus*
contrarium: () dictamini rationis elogium veritatis tribuit. Verba*
Paulus effert *Apostoli haec habes: αποκαλυπτεται οργη θεου απ' ουδενou*
dictamen lu- *minis natu- επι παταν ασεβειαν και αδικιαν αυθωρωμα των την αληθειαν εν*
rae sub no- *αδικια κατεχοντων.* Non audeo hic cum Cl. JOANNE
mine verita- COCCEIO per την αληθειαν veritatem και εζοχην, id est,
doctrinam euangelii intelligere. Scopo certe Pauli ista ex-

plicatio minus congruit. Loquitur enim hoc loco de gen-
tilibus, gratia euangelii nondum vocatis. Ad hos autem i-
rae diuinae reuelationem ob id pertingere, quod euange-
lio haud pareant, yix probabile esse autumo. Dicerem
potius, eam hic intelligendam esse αληθειαν, eam ve-
ritatem, cuius cognitione DEVS gentiles per fanae ra-
tionis dictamen & per opera creationis ac prouiden-
tiae illustrauerat. Adeo, vt haec sola αληθεια in se
fuerit sufficiens ad ipsos, ne in foedam illam idolola-
triam prolaberentur, cohibendos. Cui quidem interpre-
tationi etiam illa, quae vers. 19 & 20 huius capit[us], obcupant,
Apostoli verba maxime fauent. Sit igitur, vt vere est, di-
citamen rationis non solum ante sed etiam post lapsum
αληθεια veritas. Veritas autem est expers erroris: Error
enim & veritas fibi e diametro aduersantur & contradicto-
ria sunt. Ergo dictamen rationis erit expers erroris. Ergo
erit infallibile. Ergo habebit auctoritatem diuinam. Quam-
obrem, qui secundum ductum rationis procedit, sequitur
ductum veritatis. Et sequitur dictamina expertia erro-
ris. Idcirco & ipse erit expers erroris.

Argumen- §. VII. Denique diuina Iuminis naturae auctoritas
tum (c) in inde conprobatur, quia etiam gentiles inexcusabiles sunt in iu-
dicio DEI, ob superfites post lapsum rationis lumen, dum illius du-
ctum non sunt secuti: iuxta Rom. I. v. 20. Memorat ibi Aposto-
lus, gentiles luculentam habere non modo ad cognoscen-
dum DEUM occasionem, sed ipsam DEI cognitionem. Et
hanc quidem cognitionem DEI partim in ipsis esse mani-
festam,

(*) Roman. I. v. 19.

festam, partim ex contemplatione operum diuinorum hauriri posse, immo debere. Addit cognitionem illam suffici-
entem esse ad instruendos gentiles de existentia pariter ac
benignitate, omnipotentia & omniscientia diuina : ad e-
xigendum ab illis cultum diuinum : ad conuincendos illos,
si in eo praestando negligentes sint aut contumaces, de poe-
nae reatu iuste sibi contra&to (*). Ac hoc ex capite tandem
concludit, cognitionem istam DEI , quam quilibet etiam
gentilium, iam per solum rationis lumen adsequi possit, e-
os inexcusabiles reddere coram iudicio diuino, si ductum
luminis naturae parum secuti, DEV M non, vt decet, hono-
rent, eique gratias agere supersedeant. At vero si genti-
les ob superstites lumen rationis, quando eius di&tamina non
sequuntur, inexcusabiles sunt in DEI iudicio, lumen etiam
rationis incertum esse omnino nequit. Quicunque enim
incerti sequitur ductum, is officiorum suorum certus esse
numquam potest. Quicunque officiorum suorum non po-
test esse certus, satis habet, quo negligentem eorumdem ob-
seruationem excusat, immo inepte agit si incertum ductum
sequitur. Hinc is, qui incertum ductum sequi tenetur,
non est amplius inexcusabilis. Quare lumen rationis, si
hominem inexcusabilem reddit, oportet esse certum : O-
portet esse expers erroris : Oportet esse infallibile. Ideo-
que & is, qui ductum luminis naturae sequitur, erit expers
erroris.

§. VIII. Haec palmaria iudicamus esse argumenta, *Veritas no-*
quibus confici videtur, diuinam esse luminis naturae au- *stra senten-*
tiae probatur
& infallibilem; adeo vt, qui secundum ductum *(a)*
fanae rationis procedit, sit expers erroris. Nos vero, his *Exemplio*
nequidquam obstantibus, vt negatiuam tueamur, & eum, *Sadduceo-*
qui rum.

(*) Bene itaque monet Celeb. Arminianorum doctor PHILIP. a LIMBORCH, etiam ex lumine naturae gentilibus iam satis pa-
tescere : Esse DEV M, DEV M esse creatorem uniuersi. DEV M res
humanas sapienti consilio gubernare &c. Immo & hanc pra-
etiam illis innotuisse scientiam : DEV M esse colendum. DEO
vt creatori ac benefactori grates esse persoluendas. Recta, hone-
sta & rationi congrua esse facienda &c. Ac, si secus agant, iram
DEI omnipotentis poenamque imminere,

qui dictamina luminis naturae sequitur, non statim esse omnis erroris expertem, contendamus. Sadducaeorum non minus, quam philosophorum, & gentilium, & recentiorum, exemplo adducimur. Sadducaeui lumine rationis certe non erant destituti. Philosophi erant. Ac prae caeteris Iudeorum sectis & in diiudicandis veritatibus & in disputando de iisdem multum excelluerunt. Quod si testimoniis corroborare vellem, instar omnium esse posset Ex-cell, BRUCKER, qui (*) Sadducaeos acutos in disputationibus suis fuisse pronunciat. Sed quid opus testimoniiis? vbi ex ipsis ipsius salvatoris verbis de veritate rei satis constat. Adcusat CHRISTUS in dicto nostro Sadducaeos erroris ex ignorantia S. Scripturae orti. Hinc autem effici iam in priori dissertationis huius Sectione (**) monstrauimus, quod Sadducaeui ductum luminis naturae in omnibus etiam iis rebus, de quibus ex lumine naturae iudicium ferri non poterat, vnicce sequi voluerint; idque solum pro norma inueniendarum ac diiudicandarum veritatum adaequata habuerint. Ignorata enim & vel ex parte reiecta S. Scriptura, ac reiectis itidem traditionibus, nullum supererat ipsis principium, ad cuius ductum dogmata sua examinare vitamque suam instituere potuissent praeter lumen rationis. Iam liceat argumentari: Si Sadducaeui ductum luminis naturae, ignorata S. S., vnicce sequuti, falsissima saepe dictamina pro veris sanas rationis principiis sunt amplecti, patet, quod qui ductum luminis naturae ignorata S. S. vnicce sequitur, falsa dictamina pro veris sanas rationis principiis amplecti queat (Abesse enim ad posse valet conclusio). Jam vero quicunque ductum luminis naturae vnicce sequutus falsa dictamina pro veris sanas rationis principiis amplecti potest, is non sequitur dictamina infallibilita. Nec diuinam auctoritatem habentia. Nec experientia erroris. Et ipse non est expers erroris.

Haud vereor obiici mihi posse quod, licet non negetur Sadducaeos ductum rationis esse sequitos, tamen quod ductum *sanae* rationis eundemque semper sequuti sint, & dum illu n

illum sequuti sunt, nihilominus errarint, nondum sit probatum. Haec enim obiectio ut mihi noceat tantum abest, ut potius pro me & mea causa certissime faciat. Abunde ex antea dictis constat, non eam mihi sedere mentem, quod Sadducaeui, quia lumen rationis pro norma & principio dogmatum actionumque suarum habuerint, ideo etiam semper dictamina *sanae* rationis sint adsequuti. Fateor potius, Sadducaeos non nisi rarissime vera a falsis dictaminibus distingueret valuisse. Fateor, eos in illis etiam rebus saepius errasse, quae ex *sana* ratione cognosci poterant. Fateor quoque, eos vel in grauissimis, quos fouerunt, erroribus, *sanae* tamen rationis dictamina sequi sibi esse visos. Sed hoc ipsum est, quod volo. Hi erant eius philosophiae fructus, quae principia ex lumine naturae sternit, & semel adsumpta principia (quibus tamen nihil est magis communione quam ut in praediudicia degenerent) iterum ex eodem lumine naturae examinat, consensum eorumdem cum verbo reuelato nequidquam curans.

(*) In Hist. Crit. Philos. Tom. II. p. 729.

(**) I. c. pag. II. & 12. §. XI.

§. IX. Quae modo de Sadducaeis in medium proposita sunt, ea omnia exemplis philosophorum gentilium exacte respondent. Non equidem quaevis ethnicorum somnia pro dictaminibus rationis *sanae* venditari possunt. Adtamen multos fuisse inter gentiles veri characteris philosophos, quorum nomina hodiendum vigent, & ubique celebrantur, negari nequit. Si tyronibus scriberem, nominandus hic esset Socrates, Plato, Cicero & innumera sapientum cohors. Verum fatis iam inter omnes constat, maximum pretium studio *sanae* philosophiae, si alibi usquam, certe apud gentiles decretum esse. Et quis est, qui ignoret, quod hi ipsi primi fuerint, qui, eam humano ingenio concessam esse facultatem, ut iusto habitu philosophari & meditationibus atque ratiocinationibus de veritate rerum diuinarum humanarumque sollicitum esse, & possit & debeat, suis effecerunt exemplis (*)? Interim tamen ipsa philosophorum

B

(β)
Exemplis
philosophorum
gentilium.

rum gentilium scripta, eos, licet ductum luminis naturae sequi & dictamina fanae rationis vbique adsequi studuerint, non ob id statim infallibiles fuisse nec erroris expertes, abunde testantur. Vnde enim tot opinionum, etiam in principiis rerum communissimis, diuersitas? (**). Vnde, quod philosophi gentiles, qui rationis lumen vnicam haberunt sententiarum fuanum normam, circa doctrinam de fato, de immortalitate animae &c. in sententias diuersissimas falsissimasque abierunt? Quis vetat inde concludere? Si philosophi gentiles, licet ductum rationis vnicce sequuti, maxime tamen grauissimeque errarunt, patet quod, qui ductum rationis vnicce sequitur, non statim sit erroris expers. Atqui verum est antecedens per modum dicta. Ergo & consequens.

(*) Conf. modo laudatus Dn, BRUCKER 1. c. Tom. I. p. 457.

(**) Huc quoque refero; quod Sceptici & Academicci, quum nullam ex lumine rationis depromi posse veritatem intelligerent, cui non vbique a praestantissimis philosophis contradicatur, omne de veritate iudicium suspendere coeperunt, veritatem in profundo latere dicentes, omniaque captui nostro esse incomprehensibilia, & se hoc saltim scire, quod nihil sciant, immo forte ne hoc quidem.

(2)
Exempla phi-
losophorum
recentiorum.

§. X. Ad illam aetatem si progredimur, in quam nos reseruati sumus, nihil fere deprehenditur frequentius, quam quod vel celebratissimi nostri philosophi, qui ad ductum fanae rationis in multis omnino procedunt, in aliis tamen maximis obuiam eant erroribus. Res est notissima. Ac nemini quoque, reor, si erroris adcesetur, tantopere alienum videri potest a sua forte, nisi illi, qui demonstrandi methodum suam prorsus infallibilem iudicauit. Dari eiusmodi, nostro praesertim aeuo, philosophos, vix dubitare licet. Loquantur ipsa, quae in omnium manibus voluuntur, ipsorum testimonia. Loquantur, quae methodum demonstratiuam ceu infallibilem veritatis inuestigatorem commendant, scripta. Loquantur controuersiae de veritatibus philosophicis, ex meritis luminis naturae principiis, quanta cum fiducia agitatae.

Mihil

Mihi quidem haud vacat, nec opus est, ex tot sententiarum, de quibus hodie lis agitur, contradictionibus, vnam vel alteram philosophorum partem erroris arguere: multo minus omnia, in quibus dissentiant philosophi hodierni, capita percensere. Sufficit quod, si vel mille philosophi in mille de eadem causa abeant opiniones diuersissimas, veritas tamen non nisi ab vnica parte stare queat. Sufficit quod, si vel omnes hi disceptantes suam quisque sententiam pro infallibili venditent & ipsi habeant, non tamen nisi vnicus & forte nemo eorum verum adsequatur fanae rationis dictamen. Interim, vt nec hic *ασυμβελος* discedam, quae, quaeso! & qualia iam vidimus (de Naturalistis & Rationalistis non dicam: sed de illis, qui saniores videri volunt philosophi) de DEO & eius attributis, de viribus animae in dijudicandis veritatibus, supra omnem captum humanum positis, de libertate sentiendi &c. Οιλοσοφουμενα? Quilibet sibi videtur demonstrasse, quod demonstrandum erat, hoc est, suam de veritatibus controversis sententiam. Quilibet prouocat ad lumen fanae rationis. Quilibet elicit conclusiones ex indubitatis, vt ipse quidem iudicat, luminis naturae principiis. Et nihil tamen minus principia sibi contradicunt. Contradicunt sibi conclusiones. Num ergo ipsum forte lumen fanae rationis in uno subiecto lumini rationis fanae in altero subiecto contradicit? Certe aut hoc est adstruendum, aut concedendum, quod per pauci dictamen fanae rationis adsequantur: quod auctoritas luminis naturae, in applicatione scilicet, non vbiuis sit infallibilis: Ideoque quod & is, qui ductum luminis rationis vbiuis ac vnicice sequitur, non sit erroris expers. Iam inferre licet: Si philosophi recentiores, ductum luminis rationis vnicice sequuti, in crassos errores propendunt, constat quod aut non habeant aliud principium dijudicandarum veritatum, magis certum & magis infallibile, quam lumen rationis; aut quod illud principium magis infallibile, quam lumen rationis, si tale aliquod habent, sequi nolint; aut

Bz

quod

2.

22.

23.

24.

20.

21.

2.

15.

31.

33.

4.

quod ad consensum cum illo principio magis, quam lumen naturae, infallibili, cuncta luminis rationis dictamina examinare saltim negligent. Atqui 1) probatione non indiget, quod detur principium non solum magis certum, quam dictamen luminis rationis, sed etiam omni ex parte infallibile, Et hoc est πατερ υπαρχη Θεοπνευσος. 2) Nolle vero magis certum prae minus certo diudicandarum veritatum amplecti principium, philosophum non decet; nec de philosopho praesumitur. Idecirco principui philosophorum nostri aeui errores inde orientur necessum est, quod 3) dictamina, quae ipsi sanae rationis esse arbitrantur, minus examinent adcurate: Num vere sint sanae rationis? id est: Num cum principio illo maxime infallibili, quod est ipsum verbum reuelatum, consentiant? nec ne? Hinc ignoratio Scripturae fit causa errorum.

*Membrum
quaestioneis
II.
Quod dentur
principia lu-
minis ratio-
nis commu-
nia & connat-*

§, XI. Disputatum est haecenus de ignorantie Scripturae, causa errorum, ex eo, quod dictamina luminis naturae non sint eosque infallibilia, non sint eosque diuina, vt is, qui eadem sequitur, erroris esse omnino posse expers, & ita quidem expers, vt de φιλοσοφουμενων suorum veritate satis ubique sit certus. Vereor autem ne cui forsitan in auctoritatem dictaminum luminis rationis sanae iniurius quodammodo fuisse videar: Hoc prae- fertim tempore, quo in determinanda luminis rationis auctoritate liberales magis esse debebamus, quam circumspecti. Hac aetate, qua quidquid ratiocinamur, si vel maxime mille nostratum nobis contradicant, luce tam clariores, diuinias, aeternas veritates gestare oportebat. Quam ob rem illi quoque parti, quantum in me est, & quoad veritati nihil inde detrectari iudico, satis facere studebo: Licet, num vel hic illis in omnibus gratus futurus sim, quam maxime dubitem. Ostendam connata esse cunctis hominibus quedam luminis rationis principia, quae praecipuorum ad felicitatem nostram promouendam spectantium argumentorum, dictaminum itidem & doctrinarum fundamentum contineant. Dicam principia

principia ista, quia connata sunt, esse quoque communia, esse clara, esse evidentia, esse diuina. Concludam inde, quod is, qui secundum dictum horum principiorum communium procedit, quatenus scilicet secundum illum procedit, & quatenus, ut secundum illum procedat, certus est, non inmerito infallibilis audiat & expers erroris. Hoc modo promissis nostris, quae secundum numerum §. III. obcupant, curate stabimus, inquirentes. *An dentur principia luminis rationis communia, omnium hominum animabus insita, non solum theoretica, sed etiam practica, quae, quum sint dictamina luminis naturae, auctoritatem habent diuinam?* Clarius autem ut de statu quaestioneis constet, quid per principia communia & connata indigitemus, ante omnia erit definiendum. Veniunt nobis hoc nomine certae quaedam notiones seu intelligentiae, ad dirigendas cogitationes actionesque nobis datae, quae animae statim cum ortu hominis, non per modum habitus, *Quid principia, sed realiter, quoad scilicet earum summam, inhaerent, pia connata.* & quarum notitiam simul, ac mentem suam exprimere incipit homo, vere quoque prodit. Veteres vocant *novas evocas.*

§. XII. Controversia de principiis connatis dudum quidem iam exercuit philosophorum ingenia. Dubito autem, an umquam existentia illorum tanto cum adplausu tantaque, ut vulgo creditur, certitudine negata sit, quanta hodie. Omnes fere philosophi, paucos excipio, nullam nobis relinquunt, nisi quae forinfecus adcedat & per exteros sensus cum anima nostra communicetur, cognitionem. Difficilis sane cum his viris disputatio! Praesertim quum ipsam experientiam sua nobis obponant. Experti sunt, nulla sibi ingenita esse principia. Experiuntur totto die se nihil scire, quod non per abstractionem ex iis, quae sensus animae obferunt, ipsi colligant. Negare experientiam illam foret audacissimi, refutare plus quam doctissimi, emendare sapientissimi hominis. Ab his ergo omnibus libenter abstineo. Et huic me negotio omnimo-

B3

de

*Obponitur
nobis experientia.*

15.

31.

32.

33.

41.

24.

2.

22.

46.

41.

20.

11.

2.

1.

31.

32.

33.

41.

de esse inparem profiteor. Interim tamen nec tantum periculi ab hac experientia metuendum esse existimo, dummodo argumenta, quibus ipsa confirmari dicitur, suo non vbius talo niti commonstrari poterit.

*Obponitur
nobis defle-
ctio ab iis
principiis,
quae connata
dicuntur.*

§. XIII. Philosophis, recentioribus praesertim, ad ne-ganda principia luminis rationis connata speciosissimum porrigit argumentum ipsa *vnius fere cuiusque hominis ab hisce principiis crebra deflectio*. Conflat inde ratiocinium: Quaecunque principia luminis rationis communia, connata nobis sunt, seu animabus nostris insculpta, insculpta esse debent ab ipso auctore luminis rationis, qui est DEVS. Et si hoc, insculpta sunt, vt omnes homines illorum ope felicitatem suam promouere debeant. Eiusmodi autem principia vt sint clarissima & euidentissima, diuina sapientia infert. Hinc non poterunt omnes homines, quin distinete illa ac euidentissime cognoscant. Quidquid vero clare euidentissimeque cognoscimus, ab eo nec actibus intellectus adprehensione, ad sensu, ac ratiociniis, nec voluntate, & appetitu sensitivo deflectere possumus. (Ita certe placet hodiernae philosophiae (*).) Quamobrem si talia principia omnibus hominibus communia, & connata existerent, nemo ab iisdem recedere aut contra eadem peccare posset. Sin autem innumera fere exempla contrarium probant; Si contra illa principia, quae pro connatis venditamus, toto die peccatur; Si ab iisdem plus uno modo deflectimus; patet, quod principia illa non ab omnibus hominibus distinete cognoscantur: patet quod ipsa illa principia non clarissima sint nec euidentissima: patet quod non insculpta sint animabus nostris ad promouendam omnium hominum felicitatem. Iam: Si talia principia non distinete cognoscimus; Si ipsa non sunt euidentissima; Et sunt nihil nobis minus connata; Sunt nobis insculpta ad promouendam nostram felicitatem; culpa non nobis tribuenda, quando ab iis deflectimus & contra ea statuimus: Sed in eo lateret, quod non distinete satis principia ista cognoscamus; Hinc, quod nec euidentissima animabus nostris sint



sint insculpta. Si insculpta sunt, sunt ab ipso DEO. Culpa igitur in ipsum DEVVM redundaret, si non euidentissima haberemus principia. DEO eiusque sapientiae repugnat, indere nobis principia promouendae nostrae felicitatis non euidentia, non clara. Quare si ab illis principiis, quae pro communibus & connatis venditantur, deflectimus, sequitur quod illa principia non euidenter satis cognoscamus. Idecirco quod non sint a DEO. Quod omnino non sint insculpta animabus nostris. Quod non sint communia. Neque connata. Ergo.

(*) Quod ne frustra dixisse videar, prouoco ad Perill. Dn. JWOL. II. Psychol. Empir. Part. II. §. 532. 558. 586. 890. 587. Nexus horum §§. & vim probandi hanc habe. Ex distinctia rerum cognitio-
ne oritur voluptas. §. 532. Voluptatem percipimus ex eo quod cognos-
cimas bonum. §. 558. Boni representatio est ratio sufficiens & adpe-
titus §. 586. & volitionis §. 890. Quin appetitus & volitio non ha-
bent rationem sufficientem, nisi representationem boni. Schol. ad §.
587. Et habent tamen rationem sufficientem, per principium pri-
mum. Idecirco: Quidquid distincte cognoscimus, necessario ad-
petere debemus. Et quidquid non adpetere non possumus, non
possumus simul aduersari. Ergo nec ab eo deflectere. Idem do-
cet Celeb. Philosophus in: Vernünftige Gedanken von Gott, der
Welt, und der Seele des Menschen. Cap. III. §. 407. Wer seiner Er-
käntnis gewis ist, darf nicht besorgen, daß er künftig die Sache mit
andern Augen ansehen werde, als iezund.

§. XIV. Palmarium tamen argumentum iis, qui com-
munia & connata luminis naturae principia negant, hoc obponitur
esse plerumque solet, quod, talis principii connati, qui sibi nobis: quod
conscius fit, inueniatur nemo: sed, quae pro talibus vendi- nemo horum
tantur, ea vel abstractionibus quisque sibi effinxerit, vel principiorum
ex aliorum institutione hauserit, & ex conuersatione cum sibi sit con-
aliis. Hinc autem cum magna fiducia inferunt: Cuius- scius.
cunque rei concii nobis non sumus, eam ignoramus. Quae-
cunque ignoramus, eorum veritatem non intelligimus.
Quorum veritatem non intelligimus, iis nec adsentiri licet.
Cui adsentiri non licet, hoc rationem & cogitationum &
actionum nostrarum continere nequit. Si hoc, non insi-
tum nobis erit ut principium. Multo minus ut princi-
pium

pium connatum. Ergo cuiuscunque consciī nobis nōn sumus, hoc nobis non infitum esse poterit ut principium connatum. Iam vero de iis principiis, quae pro communibus venditantur, experientia docet, quod nemo eorumdem sibi sit conscius. Ergo indubitate sequitur, nos illa principia omnino ignorare. Ergo nec veritatem eorum intelligere. Ergo nec iis adsentiri posse. Et ipsa illa principia non continere cogitationum actionumue nostrarum rationem. Ergo nec esse principia nobis insita. Ergo nec connata. Hinc, si non alia existant principia luminis naturae communia, quam quae hactenus in illorum numerum relata sint, omnino non dari principia luminis rationis communia neque theoretica neque practica.

Huic argumento insistit inter alios Cl. IOAN. LOCKIUS, in *Libr. I. de Intellectu humano Cap. II. §. 5. pag. II.* editionis Lips. vbi expresse addit: *Pugnantia inter se & maxime contraria mibi dicere videntur, qui dicunt, veritates in animis imprimi, quas illi baud quae quam percipiunt. -- Si pueruli igitur -- praediti sint animis ita a natura signatis, necesse est, ut veritates istae ipsis note scant, atque adensionibus ipsorum conprobentur. Et quoniam baud illud fieri animaduertimus, palam est, eas non in illorum animis esse consignatas.* Conf. etiam Perill. Dn. WOLFIUS in *Psychol. Empir. Part. I. §. 451. 452.* vbi nihil nos scire, adserit, nisi cuius ideam in promptu habeamus.

§. XV. Quae ad istas obiectiones monenda videntur simul, ac argumenta recensuero, quae pro adfirmatione status quaestionis dimicant, non praetermittam. Disputant, vt in §§. proxime praecedentibus commonistraui, hostes principiorum communium & ex experientia & a priori. Idem nobis ius erit concedendum. Et verti nobis via non poterit, si eamdem experientiam, qua illi ad neganda principia luminis rationis connata vtuntur, ad probandam illorum existentiam in subsidium vocemus. Multa a multis iam subpeditata sunt, quae in connatorum numerum optimo iure referri possint, principia. Ista hic repetere foret superuacaneum. Nec huius loci est ad vnum omnia recensere. Ego quidem non nisi existentiam talium principiorum probabo. Numerum non determinabo. Exi-

Existentiam autem vel vnico principio satis probari nemo facile negabit. Meo itaque scopo satis iam arbitror esse factum, si vel vnicum in medium proferri potest, quod pro communi & connato luminis rationis principio agnosci debet. Hinc taceo libenter, quae de innata supremi cuiusdam entis idea & a philosophis & a theologis perspicue satis praecipiuntur. Taceo, quod ipsum verbum revealatum notitiam DEI, cunctis hominibus insitam, euidentissime adstruat Rom. II. v. 14. 15. & quodammodo etiam Rom. I. v. 19. Praesertim si verba Apostoli ex v. 19. *Quod de DEO cognosci debet, manifestum est ex autoiq. in ipsis (loquitur de ethnicis) cum v. 32. conferantur.* Taceo praelatura hac de re ARNOBII (*), RAD. CUDWORTHI (**), TULLII (***) & aliorum testimonia. Taceo denique diu esse a nonnullis probatum, practica etiam haecce principia: Quod superiori debeat reuerentia: Quodque cuius homini iustitia exhibenda sit neminem laedendo, suum cuique tribuendo; pro connatis luminis naturae dictaminibus esse habenda.

(*) Ex eius Libro I. aduersus gentes. pag. 23. Praclare fatur: *Quisquamne est hominum, qui non cum istius principiis (scil. DEI) notione diem primae nativitatis intrauerit? cui non sit ingenitum, non adfixum, immo ipsis paene in genitalibus matris non impressum, non insitum, esse regem ac dominum, cunctorum, quaecunque sunt, moderatorem.* Haec tenus ille. Et dudum sane celebratissimis nostris philosophis obseruatum est, impossibile esse, ut quis, etiam si crassissimus atheus, existentiam entis cuiusdam supremi in totum negare queat. Ipse SPINOSA, certissimus potentiae supremae illusor, hanc tamen ex se notitiam expungere non valuit, in eo saltim delirans, quod connatam istam entis infiniti ideam ad mundum applicaret.

(**) In Systemate intellectuali huius vniuersit. Part. I. Cap. IV. pag. 205. & 223. versionis Moshemianaæ.

(***) Lib. I. Quæst. Tusculan. & Lib. II. de Natura Deorum; passim. Maxime autem concise pag. 2961. Tomi. XIV. edit. Verburgianaæ Opp. CICERONIS. in 8.

§. XVI. Mihi iam sufficit, connatorum principiorum specimen a contradictionis & a propriae conseruationis

Probamus onis principio desumisse. Testor experientiam! Experientiam magis certe, quam quae aduersam partem detinet palpabilem. Quod enim ad principium contradictionis: *Inpossibile est idem simul esse & non esse*, illi quo iure caracter communis & connati luminis rationis principii denegari possit, me omnino latet. Nulla gens est tam fera, populus nullus tam rudis, qui, licet totidem verbis exprimere id, quod principium contradictionis vocamus, non didicerit, veram tamen eius notitiam & actionibus suis & sermonibus non prodat. Vni, nisi me omnia fallunt, sunt recentiores iudeorum magistri, qui illud decxisse, seu, ut rectius dicam, data quasi opera infringere videntur. In ipsis paruulis ante iam, quam vel ad loquaciam usum peruererunt, vel aliorum sermones intellectu excipiunt, deprehendi poterit huius principii notitia, si quidem actiones illorum adtendas, aut scite eos explorare noris. Produnt, inquam & actionibus & signis vel tenerimae aetatis infantuli, inhaerere ipsis principium quoddam, per quod ex duobus contradictione obpositis non nisi unum adfirmare, alterum negare liceat. Ponas e. c. infantulum, qui non nisi unica vice mammarum dulcedinem gustauerit. Porrigas ipsi actum. Contranitetur infans. Miserabundam vocem edet. Vno verbo: Videbis verum esse, quod dixi. Videbis non ignorare puellum, quod acetum non sit lac mammarum. Videbis hoc esse quibusuis infantulis solitum. Videbis igitur ipsum principium contradictionis, cuius in hoc casu manifestissime produnt notitiam, iam infantibus esse commune. Iam quaero: Vnde habent illud principium commune? Forte per abstractionem? Ego quidem paruulis, qui loqui vix ac ne vix quidem inceperunt, tantum concedendum esse intellectus sui robur, cuius ope vniuersalia principia abstrahere iamiam possint, non facile mihi persuadebo. Ad abstractionem enim usum rationis requiri, apud omnes est in confessio. In paruulis autem ante, quam ad rationis usum peruererunt, principii huius notitiam deprehendi ipse C. IOANNES LOCKIUS, qui alias

alias connatis principiis totus totus aduersatur, libenter concedit. Fidem dictis nostris facient ipsa eius verba: *Si, inquit (*), temporis articulus iste, (scilicet, quo animus ex ideis coaceruatis quasdam inter se conuenire, quasdam pugnare sentit) in dubium vocetur, hoc tamen certissimum est, illud multo prius contingere, quam ad loquelaes aut rationis usum persueneri solet.* Parvulus etenim, ante quam voces proferre potest, aequo certo scit, quod sit idearum dulcis & amari discrimen, id est, quod dulce est, id non esse amarum, ac postea, cum fari incipit, absynthium non mel esse cognoscit. Conuersatio cum aliis & institutio multum quidem ad ingeneranda infantulis principia faciunt. At vero num & illis infantulis qui (ne de conuersatione dicam) institutionis plane adhuc sunt incapaces, per institutionem tamen tale principium ingenerari poterit? Qui, quaeſo! haec sibi constant? Obstat praeterea, quod etiam tunc, quum aliquatenus institutionem capere homines incipiunt, per paucis admodum exemplis, quae ad vniuersalia inde deducenda nondum ſufficiunt, institutio absoluatur. Et obstat quoque nimia intellectus, multo magis iudicij in illa aetate debilitas, quae in culpa est, quod ex plurimis obcurrentibus exemplis vnum & alterum vel non intelligamus, vel negligamus saltim. Quamobrem quamuis concedi debeat, infantes primam iam excedentes inſcritam in iis rebus, quarum ſemel iterumque exempla habuerunt, per memoriam & aliqualem abstractionem ad applicationem principii contradictionis adsurgere, si eaedem res, etiam mutatis quibusdam conditionibus denuo obcurrunt; tamen quod omnes infantuli in omnibus illis rebus, & illa praeſertim aetate, qua vel signis vel actionibus iam tum ab iisdem applicari principium contradictionis videmus, ſolam ſequantur aliorum institutionem, maxima adhuc probatione eget, nec per infantulorum conditionem possibile videtur.

(*) *De Intellectu humano Libr. I. Cap. II. §. 15. pag. 7. editionis Londiniæ.*
Obiter de Cl. LOCKIO monemus, quod hic, acutissimus alias philosophus, in hoc tamen capite de principiis connatis maxime

tergiuersetur, & statum controvrsiae vitioso fatis modo mutare non erubescat. Nemo vñquam dixit, ipsos terminos huius principiū; *Inpossibile est idem simul esse & non esse;* a natura mēntibus hominum esse inpressoſ. Probatur tantummodo, principium illud quoad eius summam, & qua eius vim internam, menti humanae esse inditum. Hoc autem Cl. LOCKIVS vel intelligere noluit, vel ad minimum neglexit. Alias certe omisſisset §§. 18. 19. 20. l. c. Hic enim probatur principium contradictionis non esse principium connatum, prouocat ad alias propositiones, quarum veritatem haud aegrius quam veritatem principii contradictionis, infantuli adsequantur. e. g. Duo corpora non posse simul esse in eodem loco. Viride non esse rubrum. Quadrantem non esse circulum. Et inde concludit: Si infantuli harum propositionum notitiam aequa facile produnt ac notitiam principii contradictionis, sequitur, quod aut omnes hae propositiones connata sint principia; aut quod ipsum contradictionis principium non sit connatum. Verum enim vero quis a tanto philosopho eiusmodi expectasset arguēta? Ego quidem grates illi debo, quod ipſe hic pro me pugnet. Concedat ſolummodo, has propositiones: Viride non esse rubrum; Quadrantem non esse circulum &c. iam ante notas esse infantulis, quam ad loquelae & rationis vſum peruenient. Et erit noſter. Hae enim propositiones ipsius principii contradictionis notitiam produnt. Et hoc in illis latet: Sic vt idem fit, ac si diceret: Inpossibile est simul quadrantem esse & simul esse circulum. Item: Inpossibile est virido esse, & simul esse rubrum, &c.

§. XVII. Idem dicendum est de pratico illo principio: *Conserua, defende te.* Commune esse omnibus hominibus istud principium vel ex iis manifestum redditur exemplis, quae non modo quotidiana in infantibus, sed crebra insuper in barbaris gentibus experientia subpedauit. Nihil, vt ego quidem existimo, magis est iuuentuti commune, quam vt propriae conseruationis defensionis que studio ad summos vſque in hoc genere excessus infiſtat. Vnde est? quod infantulus minis aliorum vel exorrectas manus, vel timidiuſculam oculorum immo totius corporis conmotionem obponit. Vnde? quod malitiosos edit clamores, simul ac res, quas forte obcupauit, quasque proprias fibi esse putat, eidem eripere audemus. Haec certe multaque alia manifesto fatis indicio produnt, nosſe etiam

(β)
Ab experien-
tia, quam ba-
benus de
principio:
Conserua,
defende te.

etiam infantulos ante, quam ad rationis aut loquelae peruenient vsum, se, bona sua, commodum suum conseruare, defendere, promouere. Et quid de illo hominum genere statuendum est? quod barbarorum deportauit nomen. Nisi omnem fidem historicam scriptoribus, fide dignissimis, denegandam arbitramur, dubitari de eo omnino nequit, quod homines in terris antea ignotis nati conspectum hominum morigerorum fugere soleant. Quin quot iam habuimus exempla illorum hominum, qui, licet barbaris parentibus vitam suam haud debeant, in tenerima tamen aetate soliditudini, bestiis, syluis, rupibus traditi fuerunt atque relieti. Hi quidem post aliquot annorum spatium omnem exuisse humanitatem visi, id saltim cum reliquis hominibus habuerunt commune, ut homines morigeros, eorum formam, vim, vocem, gestus, inscii, quod sint sui similes, pertimuerint. Densissimas adierunt cauitates. A nullo vnamquam homine laesi, nullius conspectu perterriti, aduenientes tamen homines, ceu certissimos & vitae & commodi sui turbatores, fugiere. Nescio, si quem habuerunt fugae suae hi homines finem, num alium habere potuerint, quam vt se, vt vitam suam conseruent, vt se, vt libertatem suam defendant. Nec est certe quod hunc ipsorum finem in dubium vocemus. Ipsi postea, quam inter morigeros homines educati sunt, quam sermonem humanum intelligere coeperunt, quam eodem humano sermone vti didicerunt, hanc vnicam fuisse fugae suae causam professi sunt. Quid? quaeſo! maiori ex ipsis exemplis concludi poterit certitudine, quam quod conseruationis ac defensionis studium nulli non homini proprium, & commune sit luminis rationis fanae principium.

§. XVIII. Sed nec hoc ſolum. Nam eſt etiam principium connatum. Conuersatio certe ac institutio, ſi alibi vſquam, hic certe parum habet ponderis. De infantulis modo dixi, quod propriae conseruationis defensionisque studium ante iam ex illis eluceat, quam vel in-

stitutionem capere , vel ad casus similes applicare valent,
Hi igitur per institutionem aliorum commune hocce prin-
cipium addiscere nequaquam poterunt. Poterunt aequē
minus gentes barbarae. Barbari enim, si quam habue-
runt huius principii instructionem , habuerunt a barba-
ris. Et ipsi illi, a quibus instructi sunt, barbaros habue-
runt praeceptores. A barbara autem gente qualis expe-
ctanda sit institutio, & qualia ex eius conuersatione prin-
cipia colligi possint, iudicium esto vnumquemque penes.
Nec vero, qui per abstractiones principium hocce in men-
te hominum formari volunt , plus in iisdem praesidiis
quam in conuersatione cum aliis inuenient. Obpono
iis eadem , quae modo excitata sunt, & infantum & bar-
bararum gentium exempla. Illis quidem abstrahendi fa-
cilitatem non minus quam facultatem iudicandi lubens
concedo. Num vero ista facultas in illa aetate , in qua
practici huius principii notitiam iam tum exserunt , ob-
nimiam virium animae debilitatem vere in actum dedu-
catur, seu deduci queat , alia est quaestio. Experientia
enim teste rarissima est apud infantulos & difficillima
quoque adtentis obiectorum contemplatio. Iam autem
intellectus, adtentione destitutus, vnius sibi non magis
conscius est rei quam alterius. Ergo non distinguit di-
stinguenda. Nec ea, quae in perceptione obiecti distin-
guuntur, tamquam ab obiecto percepto seiuncta intue-
tur. Ideoque nec abstrahit.

Barbaros quod adtinet , omnes illorum & actiones
produnt & corrupta natura suadet, eos vbiique fere clara-
ram ad summum adseqnai obuii obiecti ideam. Intellec-
tus, densissimis obuolutus tenebris , adtentio vel nulla
vel parum saltim constans , ac vis iudicandi omnino de-
bilis in causa sunt, quo minus distinete sibi obuia obiecta
mens barbara repraesentet. Quamobrem, quum absque
distincta obuii obiecti representatione, id, quod in obiecto
percepto distinguendum vt seiunctum considerari; Hinc &
abstractione fieri nequeat , sequitur, vt isti homines per ab-
stractionem ad principii huius nec notiam, nec exerciti-

um

um adsurgere possint. Si vero neque per abstractionem neque ex aliorum institutione illud principium colligere possunt, & istud nihilominus exercent, nihil supereft, quam quod animabus ipsorum iam insitum fit: Iisque connatum.

(y)

*Ex ipse
hominis li-
bertate de-
terminata.*

§. XIX. Ne autem sola experientia pugnemus, addam nunc argumentum ex ipsa DEI intentione, qua hominem liberum creavit ac rationalem, de promtum. Voluit DEVS, quod alibi demonstratur, quum hominem fecit, ens ratione præditum creare & liberum. Libertas autem, siquidem sana est, non in nuda consistit, ex duobus oppositis vnum vel alterum eligendi, facultate: sed rationem vtique, cur hoc praे isto eligatur, continere debet. Hinc eam determinatam dicimus. Et DEVS, quum hominem ens liberum esse vellet, libertatem quoque eius determinatam esse voluit. Quoniam vero nihil esse potest determinatum, nisi quidquam, per quod determinetur adesse, adesse necesse est debeant determinantia libertatis. Et illa quidem simul adesse debent, ac ens determinatum liberum esse incipit. Ens illud liberum, de quo hic loquimur, est homo. Ideoque simul, ac homo ens liberum esse incipit, adesse quoque debent determinantia libertatis suae. Libertas & ad cognoscenda se extendit, & ad agenda. Hinc statim, ac homo ens liberum esse incipit, libertatem eius & quoad cognoscenda & quoad agenda determinatam esse oportet. Et adesse quoque debent determinantia cognoscendorum ipsius pariter atque agendorum. Jam autem homo incipit esse ens liberum simul ac nascitur. Ergo simul, ac homo nascitur, libertas eius determinata est. Ergo simul quoque adesse debent determinantia libertatis ipsius & quoad cognoscenda & quoad agenda. Determinantia extra hominem esse possunt alia, alia in homine. Si extra hominem libertas eius determinatur, hoc aliter fieri nequit, quam vt mens ex duabus vel pluribus ideis, ope sensuum formatis, sibique representatis, alteri adsentiat alteri repugnet: ita tamen vt ratione

22.

23.

24.

20.

21.

15.

31.

33.

41.

42.

tione quoque volitionis suae non destituatur. Ad hoc opus habet, nisi iudicio, tamen certe intellectu, in actum deducto. Constat autem nec intellectum nec iudicium in homine, statim ac nascitur, auctu se exserere posse. Hinc etiam libertas hominis simul ac nascitur extra ipsum determinari nequit. Nec omnia determinantia libertatis extra hominem collocari debent. Ergo sunt quoque in homine quaedam libertatis humanae determinantia. Atqui determinantia libertatis, quae sunt in homine, dicimus principia. Et illa cognoscenda non minus spestant quam agenda. Idcirco & theoretica sunt & practica. Sunt vero in homine, simul ac nascitur, determinantia libertatis. Et haec sunt principia. Eaque theoretica pariter ac practica. Ergo sunt in homine, simul ac nascitur, principia & theoretica & practica. Ergo ipsa illa principia homini sunt connata. Ergo dantur principia connata.

*Respondetur
ad obiec-
tiones ante me-
moratas.*

§. XX. His itaque ad probandam connatorum principiorum existentiam praestructis, non difficile admodum, erit, quae negatiuam status quaestionis stabilire visa sunt, diluere. Quod enim

1) in §. XII. ut argumentum, existentiam principiorum communium inpugnans, ab vniuersali experientia desumtu, ex recentiorum mente adduxi, quasi omnem nostram cognitionem non nisi per sensus & forinsecus adcedere toto die sentiamus, hoc valde laborat. Iam non repetemus, contrariam experientiam ex communibus illis notionibus, quae §§. XVI. XVII. XVIII. obcupant, euinci. Hoc tantum moneo, frustra sibi gratulari de vniuersali, quam prae tendunt, experientia, communium principiorum hostes. Caeterum hoc neutquam miror, quod nostris praesertim temporibus, quaecunque contra connata principia disputantur, tantum statim deportent credulæ inter litteratos plebeculæ adplausum. Illi enim reseruati sumus seculo, quod absurdissima quoque modo noua sint & ha-
Etenuis inaudita, ambabus amplectitur. Et quid illa? Constat

stat satis quanta sit vis praeiudiciorum, quanta sit vis errorum vel ex educatione, vel ex aliorum auctoritate semel adprehensorum. Hoc dixit COCCEIUS. Dicunt igitur & COCCEIANI. Illud expertus est LEIBNITIUS. Statim experiuntur omnes Leibnitiani. Dicat solummodo vnicus philosophorum, quos aetas nostra celebrat, se nulla sibi ingenita principia esse expertum. Idem certe experientur, quotquot eum colunt. Notum est praeterea, quanta sit vis affectuum, vnde facile quis etiam manifestissima vel non considerat, vel neglit, vel prorsus inficiatur. Et adcedit insuper adquisita per lapsum corruptio virium animae, vnde oblitterata vel etiam obscurata sunt quaedam principia: & vnde praecips quisque est ad res, etiam per sensus oblatas, male noscendas, ad finistrum de iisdem iudicium ferendum, ad incongrua ratiocinia.

2) Ad ea, quae in §. XIII. contra principia contraria & communia disputata sunt, respondeo: Falsum est quod nemo deflectere possit ab iis, quae clare & euidenter cognoscit. Docet quotidiana experientia, quod, si vel maxime rem quamdam euidenter cognoscamus, saepissime tamen contrarium amplectamur, defendamus, promulgemus. Praesertim si praecips affectus, vel semel defendi susceptus error, vel inueteratum praeiudicium, vel nouitatis studium, vel ambitio, aliudque vitium eo compulerit. Perhibet nobis huius rei testimonium, ut innumera alia exempla praetermittam, notissima FLACII contra STRIGELIVM de peccato originali, quod sit ipsa hominis substantia, disputatio. Discimus inde rectissime iam olim dixisse comicum: *Nae homines faciunt intelligendo, vt nihil intelligent.* Et quis negare conabitur, saepissime contra illa principia, quae euidenter satis cognoscimus, peccari; quum ipse Apostolus ob id praesertim in gentiles & iudeos animaduertat, quod hi *veritatem agnитam in iniustitia detineant atque depravent:* ideoque in DEI iudicio fiant inexcusabiles. Rom. I, v. 18 seqq. item Cap. II. & III. Nec magis

D

Non

3) Ex eo, quod consciū nobis non sumū illorū princi-
piorū, quae pro connatis venduntur, concludi ad eorum
non existentiam poterit : Id quod in §. XIV. effici vide-
tur. Non enim simpliciter dici potest, nos ignorare ea, quo-
rum nobis non statim consciū sumus. Multa certe a te-
nera aetate per sensus discimus, quae nos scire consciū
nobis non sumus. Quippe quum illorū demum con-
sciū nobis esse dicamur, quae cum reflexione, contempla-
tione & meditatione adprehendimus. Quamuis & ho-
rum nos iterum capere possit obliuio : adeo, vt eorum con-
sciū nobis non sumus & ea tamen vere noscamus; quod ex
eoramdem recordatione satis patescit. Potest interim, vt
ego quidem existimo, illorū principiorū omnis homo
sibi esse conscius, siquidem suis & actionibus & cogitati-
onibus & decretis vbiue adtendere haud supersedeat.

§. XXI. Quae quum ita sint merito concludo, quod
dentur principia quaedam luminis rationis communia :
Quod illa sint connata : Sint diuina siue diuinitus data ;
Sint vera, clara, evidentia & talia, ob quae homo in DEI iu-
dicio sit inexcusabilis, si illorum ductum sequi detrectet.
Immo etiam illud admitti debet, quod principia illa sint
diuinæ auctoritatis, & quod, qui secundum ductum ho-
rum luminis rationis principiorum procedit, quatenus sci-
licet secundum illum procedit, sit expers erroris & infalli-
bilis. Sub hac determinatione ea, quae in §§. V.VI. VII.
disputata sunt, tali suo omnino nituntur. Quomodo vero
non statim, qui in quibusdam secundum ductum fanae
rationis procedit, per omnia infallibilis est : quia in aliis
ab eodem recedere potest ; ita nec talis eousque est infal-
libilis, quod non possit a ductu principiorum luminis na-
ture connatorum deflectere, & oculos quasi claudere, ac
luminis illius conspectum & ipsum lumen negligere. Mi-
nus multo omnia, quae quis etiam si philosophus excel-
lentissimus pro dictaminibus rationis fanae venditat, eti-
am reuera talia sunt : quum ea haud raro sint ex tenebris
naturae non ex lumine naturae deponita. Id quod exem-
pla

pla in §§. VIII. IX. X. allata docere possunt. Interim manet nihil minus lumen naturae & omne genuinum illius principium clarum, & evidens & verum, & inexcusabilem reddens; immo & diuinum.

§. XXII. Sed nondum omnia dixi, quae de aucto Membrum
ritate dictaminum rationis sanae dicenda erant. Ut enim quæstionis
veritati, vt ordini rerum, vt iis etiam, quae in §. III. præmis-
si, satis vbique faciam, præcipue hic est disquirendum: An Quid lumen
igitur (quum diuina sit dictaminum luminis naturae au- naturae non
toritas, & quum vna eademque omnibus connata sint sit etiudem
principia, quae reliquorum dictaminum fundamentum cum reuelatio-
contineant,) dictamen luminis naturae, sive sanae rationis. e- ritatis.
iusdem prorsus sit auctoritatis ac verbum reuelatum? Quæstio
penitus neganda. Quæstio tamen, quae num ab omni-
bus hodie philosophis sincera mente negetur, & anne ta-
citum saltim nonnullorum consensum habeat, maxime
adhuc dubito. Certum est, quod diuina & infallibili lu-
minis naturae auctoritate, quam ipse in §§. hunc præce-
dentibus adstruxi, ad æquiparandum Iumini scripturae
naturae lumen multi facile abuti queant: vellem non a-
buterentur! Certum est quoque, quod non alia mens se-
deat iis senioris philosophiae peruersoribus, qui in Ratio-
nalistarum & Naturalistarum publicam inciderunt famam:
& e quorum agmine solum MATTH. TINDAL & AN-
TON. COLLIN nominasse sufficiet. Ac certum est deni-
que, quod multa nostratium philosophorum scripta eius-
modi paradoxa exhibeant, quae, si vel maxime ab ipsis
scriptoribus veritati esse congrua ostendi queat, tamen ne-
sistre intellecta & bonae causae noceant, & ad subruen-
dam verbi reuelati auctoritatem ansam præbeant, & in-
firmioribus fint offendiculo, modestius certe atque cautius
concipi vt possent, sic deberent. Ego quidem eam mi-
hi sumere licentiam non audeo, vt quae in Φιλοσοφουενω
huius generis classem referri debeant, decidere velim. In-
terim nec aliquis frustra haec dicta esse arbitretur, non
vereor. Neminem enim, persuasus sum, qui vel a limi-
D 2 ne

ne salutauit eruditorum nostri aeui notitiam, latere posse, quot iam extent de inminente lumini scripturae periculo praestantissimorum & philosophorum & theologorum querelae, quoad ego quidem iudicare possum, non sine causa motae: quanto igitur hi ipsi & quam iusto zelo huic obcurrere malo studuerint, & quales eliminandas iudicarint ex philosophicis nonnullorum systematibus doctrinas, vt integra maneat verbo reuelato sua auctoritas, integra p[re]e lumine naturae praeminentia.

*Hoc ne ante
lapsum qui-
dem fuit.*

§. XXIII. Verum enim vero licet, dictamina lumenis rationis eiusdem esse cum dictaminibus verbi reuelati auctoritatis, prorsus negauerim, absit tamen, vt auctoritatem luminis naturae omni tempore aequa fuisse tenuem in relatione ad verbum θεοτεύσον contendam. Totum hominem qualis ante lapsum fuit, ab eo qui est post lapsum, distinete considerandum puto. Et distinete ideo lumen naturae quod ante lapsum, a lumine naturae quod post lapsum. Ante lapsum excellentius multo extitisse, quam hodie, rationis lumen, non est fere quod dicam. Dixit concreata homini DEI imago. Dicunt praestantissimi scriptores. Dicit scriptura sacra. Si igitur dictamen luminis rationis, si ipsum naturae lumen umquam dici potest expers erroris, tunc certe fuit. Fuit verum, infallibile, diuinum. Et nihilo tamen secius ne tum quidem idem valuit quod verbum reuelatum, nec eiusdem cum illo extitit auctoritatis. Ipsa lapsus humani historia firmissimum perhibet argumentum, quod propter libertatem creaturae, vel ante lapsum, rationis lumen erroris fuerit capax: quod falsa pro veris dictamina amplecti: quod vera negligere: quod clarissima peruertere: quod rectissima deprauare potuerit. Immo, quod & ipsum lumen deprauari: quod excellentissima ipsius dictamina obfuscari: quod prorsus inferire queant. Alia longe est facies luminis scripturae. Hoc nec est, nec fuit umquam, erroris capax. Et quamquam omnes homines illud negligenter, odissent, contemnerent, seruat tamen DEVIS

DEVS verbum suum incorruptum. Seruat in monumentis tum suae iustitiae, tum benignitatis, tum veracitatis, tum sapientiae. Seruat in gubernatione mundi, in ministeriorum suorum legatione, in scriptione *θεοπνευστος*: coelum citius terramque perdens quam apicem de lege sua perire permissurus.

§. XXIV. Post lapsus quid de auctoritate dicta- *Multo minus*
minum luminis rationis statuendum, magnam iam par- *erit post laps-*
tem ex modo dictis erit colligere. Si etenim, quod ne- *sum.*
gari nequit, conceditur, multum & peruvicaciae & eu-
dentialiae lumini rationis per lapsus decessisse; & si, quod
§. antecedens probat, lumen rationis ne quidem ante
lapsus eamdem habuit auctoritatem, quam habet lu-
men scripturae; multo post lapsus minus dictamina
rationis sanae, quantumvis diuina, vera, clara, euiden-
tia, reuelato DEI verbo poterunt aequiparari, & in e-
um dum exaltari auctoritatis censum. At non est, cur
huic argumento diutius inhaeream. Disputo enim hic
ex concessis: Saltim concedendis. Pergam igitur ad alia.

§. XXV. In multis manca esse dictamina luminis *Vrgetur de-*
naturae toto die docemur, & nemo, quantum scio, qui *fectus lumi-*
negare ausus esset, haec tenus extitit. Nostris equidem *nis naturae.*
temporibus ea omnino laus debetur, ut & in humanarum
& diuinarum rerum causas exacto magis, quam antea
vnumquam, studio fuerit inquisitum. Nec dubium est,
quin arduae maxime, maxime vtiles, & diu satis in-
cognitae veritates ex philosophiae, qualis hodie est, prae-
ceptis diiudicari, probari, confirmari, facili negotio possint.
Hoc vero non obstante eo nondum sufficere voluit lumen
rationis, ut vel unica philosophiae pars perfecta dici me-
reatur. Quisque sapientissimus philosophus, optimam
vix ingressus veritatis cuiusdam, licet mere philosophi-
cae, investigandae viam, quoties de inbecillitate virium
animae! Quoties de angustis nimis humanae cognitionis
terminis! quoties de dictaminum sanae rationis defectu

conqueri! quoties fateri cogitur! quod desinat sua philosophia: quod vacillent probationis suae fundamenta: quod probabilitatis ad summum adsequi potuerit aliquam gradum (*). Notissima sunt, quae de quadratura circuli, quae de ortu animae humanae, quae de nexu animam inter atque corpus per tot secula disputantur. Laudabilia sane & varii generis applicantur problematibus hisce tentamina. Adtamen ut, quod verum est, dicam, ubi uis haesitat demonstratio. Haesitat: Et maxime est probabile, quod veram harum rerum certitudinem in hac vita frustra quaeramus. Magis adhuc conspicuus est luminis rationis defectus in iis veritatibus, quarum ad futuram humani generis felicitatem omnimode nobis necessaria est cognitio. Res manet lumini naturae ex toto peregrina, quo modo conciliari DEO, quibus mediis peccatorum consequi remissionem qua via aeternae felicitatis reddi participes queamus (**). Satis haec existimo multa, quae, dictamina rationis sanae manca in plurimis esse & in necessariis quoque deficiencia, probare possint.

(*) Ingenui hunc dictaminum luminis rationis defectum, ut caeteros taceam, exposuit Cl. IOAN. LOCKIUS loc. supra cit. Lib. IV. Cap. II, integro, quod: *de termino humanae cognitionis; inscribit.*

(**) Scio equidem quod non desint philosophi, qui id fibi datum putant, ut vel haec omnia iam per solum rationis lumen nobis innoscere probare possint, immo debeat. A Naturalistis enim si discessero, recentissime Dn. M. IAC. CARPOVIUS, & qui eum sequuntur, hoc ipsum negotium aperte satis sunt adgressi. Quo autem omnino illud factum sit, solidissime docet Suriname Reuerendus noster Dn. D. IOAN HENR. BECKEREN, in *Dissert. me Respondente habita Rost. Ao. 1743.* Et idem doctissime monuit contra MATTH. TINDAL in *Diss. Ao. 1742.* ibidem habita Cl. Dn. M. IO. IAC. QVISTORPIVS, apud Kilonienses nunc Professor merentissimus.

§ XXVI. Defectui dictaminum luminis rationis post lapsum nimia insuper obstetricatur intellectus, iudicium, voluntatis, immo totius hominis corruptio. Adeo ut vel

vel ex hoc capite, eamdem neutiquam tribuendam esse *Vrgetur cor-*
dictaminibus luminis naturae auctoritatem, quae verbo re-
uelato, satis adpareat luculenter. Ea proh! est post lap-
sum mentis humanae conditio, vt quo euidentior in se est
veritas, quo plura vt ipsi adsentiamur nobis obferuntur mo-
tiua, eo esse velit circumspectior, eo plura singat sarciatque
dubia, veritati nocua. Coecutit animus. Subcumbit ab-
stractionibus suis. Radii splendentis solis ferre ne-
quit. Nictat oculis intellectus. Adpetit tenebras. Inue-
nit. Incidit in errores. Cogitares saepissime, quod per na-
turam suam homo non possit veritatibus delectari, nisi quas
ipse post profundas deum meditationes, post difficillima
minutissimorum examina, ex longe remotis principiis de-
duxit. Quae enim omnium iam obcuparunt mentes, iis
periculorum valde nobis quidem videtur adsentiri, ne for-
san communi aplausu semel recepta praeiudica, quae vo-
camus, pro manifestissimis veritatibus exosculeremus. Olim
hoc dubio procul iam obseruatum est ARISTOTELI, qui
() ingeniose satis Quemadmodum, inquit, vespertilionum ocu-*
li se habent ad lucem meridianam, ita & intellectus animae ad ea,
quae sua natura sunt omnium manifestissima. Praeterea studium
nouitatis nouus est corruptionis humanae testis. Auctor
esse & caput totius cuiusdam sectae, quam dulce nomen!
At vero ipsa haec emergendi cupido, quae vulgaria sunt
licet verissimis non altur. Nouis infixi quasi videmur
inuentis. Amamus paradoxa. Contorta suspicimus. Ma-
nifesta ob illorum simplicitatem, habentur susque.
Hinc tot fere propullulant de vna eademque veritate va-
riiae conclusiones, quot capita philosophorum. Et quam-
uis interdum nihil omnino in ipsa re dissentiant, dissentire
tamen quoad verba iuuat: vt, quae quisque philosopha-
tur, pro aliis ab aliorum dictaminibus & pro nouis omnino
inuentis venditentur. Hoc vero tantum abest, vt euide-
tiam, certitudinem, excellentiam dictaminum luminis na-
turae prodat, vt potius maxim everear, ne quid & ipsi ve-
ritati inde concilietur periculi,

(*) In Metaphysices Lib. II, Cap. I.

§. XXXVII.

ruptio viri-
animi, &
dictaminum
luminis na-
turae.

24

22

20

2

15

31

33

§. XXVII. Nec certe his & aliis huius generis artibus, ad corrumpendum, vel suspectum saltim reddendum naturae lumen, esset opus. Satis iam habemus eorum dictaminum, quae sanae rationis esse inuentoribus suis vindicantur, & quae nihilo minus, quum ad reuelati verbi normam examinantur, non esse nisi fatuos tenebrarum ignes primo quoque intuitu innotescit. Dicere ferme erubesco, neminem umquam philosophorum tam absconum quid, tamque absurdum adstruxisse (*), quod non pro dictamine sanae rationis venditauerit, & quasi pro aris ac focis dimicantis propugnarit. Magis mirandum, quod hi ipsi tenebrarum mentis suae fructus tanto plerumque plures nouarenti concilient adseclas, quo magis impudens, garrulus extitit, & nugator. Alia quoque latet in ipsis hominum affectibus, communi morbo mortalium, causa, ex qua corruptio luminis naturae, & hinc dictaminum rationis dividari potest. Vis adfectuum, si quid aliud, inuestigationem veri difficillimam reddit, saepe etiam impossibilem. Intellectus ita sibi res repraesentat, ut esse optauit. Iudicium, re non satis ponderata, praecepsanter ratiocinatur. Voluntas flectitur praeiudiciis. Et, ut vnicum adhuc addam de corrupta post lapsum conditione dictaminum luminis rationis argumentum, nimiae intellectus tenebrae in causa sunt, ut inscio ut invito ipso ratiocinia haud raro admittat inepta, sophistica, falsa.

(*) Verissime dicit CICERO, de Divisione Libr. II. Nihil tam absurde dici potest, quod non dicatur ab aliquo philosophorum, quem locum legas in Opp. CICERONIS iuxta editionem VERBURGII 8., Tom. XIV. pag. 3243. §. LVIII. Et perplacent, quae legisse memini in Bibliothèque Raisonnee des ouvrages des savans de l' Europe. Tom. XXXII. pag. ni fallor 12. aut 13. Quelles erreurs, quelque monstrueuses qu'elles ayent été, n'ont pas été adoptées par des Sectes de Philosophes, & quelques unes par des Nations entières !

§. XXVIII. Est, est vera, quam prodidi, luminis naturae post lapsum facies. Manca sunt sanae rationis dictamina. Sunt deficientia. Sunt corrupta. Addo nunc etiam : Sunt

Sunt incertæ Quoad enim ipsa experientia loquitur: quod *Concluditur ad manifestissima intellectus coecutiat: quod nouitatis stu-*
dio cedens, quae confusa, contorta, paradoxa sunt, planis-
simis anteponat & simplicioribus: quod speciem persaepe
veritatis pro infallibili & habeat & venditet dictamine:
quod sic, ut adfectu compellitur, iudicare suevit: quod so-
phisticis abripiatur demonstrationibus; tam certe diu non
potest mens non fluctuare, non potest anceps non haere-
re, quae sint? quae non sint? genuina sanae rationis pree-
cepta. Positum est extra omne dubium, quod, quo est
mens scriptoris peior, quo paucioribus instructa sani phi-
losophi requisitis, eo vtcunque cautius, & vel ter duplica-
to velamine, obtegere via sua tentet. Non est nullius
negotii res, innumeram fere eiusmodi demonstratio-
nrum seriem adcurate examinare. Minus adhuc, vbi no-
uatriens lateat? vbi adfectus dirigat stilum? vbi pree-
judicia? vbi sophismata? feliciter satis detegere. Plu-
rimae harum rerum, adtento quoque lectori, facillime ef-
fugiunt. Inscius decipitur. Indubia ipsi videntur prin-
cipia. Conclusiones veritatis habent speciem. Modum
probandi cur adceret, non statim penetrat. Adplaudit,
& amplectitur pro veritate errores. Quoties? quae so-
phis haec adciderunt philosophis optimis. Et quis igi-
tur, quum vel horum vel cuiuscunque philosophi sequi
voluerit statuta, ne errores pro veritate amplectatur, cer-
tus esse potest? Maxime est naturae humanae consen-
taneum vt, quum falsissima genuinis facillime inmiseri
videt sanae rationis preeceptis, plus semper de spurio di-
ctamine metuat, quam de genuino speret. Sceptici esse
possunt huius rei testes. Hi quidem nouerant, multa cir-
cumferri nisi nocua, falsa tamen, quae nihilo secius sa-
nae rationis esse dicerentur, dictamina. Nouerant vix
vllam inueniri ac ne vix quidem, de qua in utramque par-
tem aequa fere magna probabilitate disputare non liceat,
veritatem. Hinc factum, ut dubitantium tutissimam esse
spartam arbitrati, de cunctis omnino veritatibus, de sua
ipforum

ipforum existentia, immo de ipsa sua (vt ita loqui liceat) dubitatione dubitare cooperint. Absit vt praeco esse istius sectae velim. Vnicum hoc in meos v�us ex illa transfero, quod incertum fere esse lumen naturae, incerta esse plurima luminis rationis dictamina, incertus denique sit atque dubius oportere intellectum, admittatne praecepta rationis spuria? an genuina? suis conprobet exemplis.

Contra eos lu-
wen scriptu-
rae nec est de-
ficiens.

§. XXIX. Iam conparentur quae modo de statu luminis naturae post lapsum dixi, cum S. Scripturae affectionibus, & quantam sibi vendicent dictamina verbi reuelati p[ro]ae dictaminibus sanae rationis auctoritatem, patebit. Deficiens esse luminis rationis praecepta in §. XXV. commonstrauit. Alia autem longe est θεοπνευστού dictaminum natura. Dudum dederunt Praefantissimi nostri Theologi probatum, nullibi esse manca, nullibi esse deficiens, minime omnium in iis veritatibus, quarum ad salutem nostram necessaria nobis est cognitio, reuelati verbi dictamina. Quid? vel solum S. Scripturae de sua ipsius perfectione, & absolute & in relatione ad naturae lumen sp[irit]ata, testimonium homini, praesertim non ethnico sed intra ipsa christianaee ecclesiae pomoeria enutrito, fidem facere valet satis certam. Et abunde quidem de hoc scripturae testimonio ex illis reuelati verbi dictis constat, quae naturalem de DEO atque salute nostra, in obpositione ad reuelatam, notitiam vel sub ignorantiae fistunt, vel tenebrarum, vel sapientiae languidae nimis car[act]ere: quae adcuratam θεοπνευστού scripturae perscrutationem ceu veram vnicam, sufficientem cognoscendae salutis viam commendant: quae tandem ex diuinitus consignato verbo ad omne bonum opus aptissimum reddi hominem & examissitatum profitentur. Nec minus inde, quod per lapsum cor-

Rer. corrumpit. ruptum esse hominis intellectum & corrupta esse multa luminis rationis dictamina in §§. XXVI. XXVII. probauit, euidenter adparet reuelati verbi praeminentia. Adeo certe curae est summo numini reuelati sui verbi *integritas*, vt, quo ad homines non esse desierunt, saluam omni studio feruer

MS. A. 1. 1. 2. 8. 8. 8.

πατον γραφη θεοπνευσον, ne quid forte eorum, quae προς διδασκαλιαν, προς ελεγχον, προς επανορθωσιν; προς παιδειαν την εν δικαιοσυνη, αφελημα sunt & necessaria, desideretur: Immo vt, licet coelum & terra corruant, verba tamen sua manere iubeat in aeternum: & vt ne Iota quidem legis dederi sinat. Eodem denique modo res sepe habet cum dictaminum utriusque luminis evidencia. Plurima sere luminis rationis principia maxima post lapsum incertitudine laboratum.

Nec incertitudine. S. XXVIII. euincit. Scripturae autem luminis non item. Haec enim quo minus & certitudine carere & perspicuitate ullatenus possint, repugnat ipse reuelationis finis, qui, "vt verbum reuelatum μορφωσις της γνωσεως fit, και της αληθειας, vt sit lucerna pedum nostrorum & lux in viis nostris, vt sit Βεβαιοτερος λογος, λυχνος φαινεν εν αυχμηρωτοπε & vult, & quod sit, probat.

S. XXX. Probat, inquam. Et vel inde probat; quod, quum in S. Scriptura ea DEVS tradat dictamina, quae licet cognitu hominibus maxime necessaria, ex solo tamen naturae lumine cognosci non poterant, simul etiam omnia illa, quae vere sunt naturae legis, eidem reuelato suo verbo de novo inseruerit. Aut enim, superfluam esse hanc, quae fit in verbo reuelato, principiorum luminis rationis repetitionem, erit adstruendum; nefas! aut, si necessaria fuit, fuit ideo, quod & per luminis naturae defectus ex lapsu acquisitos, & per dictaminum luminis rationis corruptionem, nullam ex solo naturae lumine de dictaminibus faciae rationis hauriri posse certitudinem, DEVS praeuiderit. Suadent omnino, quaecunque demum philosophemur, summam hic suspicere summi numinis in homines misericordiam, quia sola motus cuncta illa luminis rationis dictamina, quae ad felicitatem nostram promouendam faciunt, in θεοπνευσον suo verbo studiose repetit: vt scilicet defectus luminis naturae subpleat, debilitati mentis subcurrat, quae corrupta sunt principia integritati suae restituat, quae obfuscata sunt illusaret, quae ambigua euaserunt explicit.

plicet, quae *integra* seruantur confirmet. Quam ob causam
quum tantas esse post lapsum luminis naturae & dictamen
num illius tenebras, eo ipso DEVS manifestauerit, quod rei-
terationem dictaminum rationis fanae in sacris litteris ne-
cessariam iudicarit, aut omnia me fallunt, aut satis inde con-
stat, quod tunc demum homo. quid sit genuinum dictamen
fanae rationis & luminis naturae? certus esse possit, quando
id consentire, saltim non aduersari videt, verbo reuelato.

Conclusio.

s. XXXI. Et hoc ipso in illam deducimur proposi-
tionem, quae praecipuum constituit Dissertationis huius ca-
put: Auctoritatem luminis naturae non amplius esse diui-
nam, nisi ex consensu cum verbo reuelato: Ideoque, in
amplectendis falsis dictaminibus pro veris fanae rati-
onis principiis causam erroris esse ignorationem
scripturae.



Index.

1. Criquie de Christianis: Sale Terra. Matth. V. 13.
2. Gothus Disquistio: num moribundus quarta petitione orationis dominica ut proficit?
3. Olearius de Methodo Christi in doendo a methodo Legisperitorum place diversa, ad Matth. VII. 29.
4. Lindheimer de Cogitationibus malis ex corde procedentibus, ad Matth. XV. 19. coll. Maro. VIII. 21.
5. Hausingerus de Louis N.T. Matth. XVI. 13. & 20. Lui. VIII. 47. tac. II. 18. in suspicionem (super vocatis) ^(comptinam)
6. Georgius de Glorijs Christi exinaneti clarificatione: ad Matth. XVII. 1-9. (Lui. IX. 30. 31.)
7. Reusmann de Noe resuscitato & tam corpore quam anima gloria conforto: ad Ll. Matth. XVII. 3. Marc. 15. 4.
- * Strothmanni Pentas differentiarum Hebreorum. (B. Per incunam Bibliopagi, inferte dph. h. Diff. huic Tomo, & quantum media diff. 7.: post iusq. pag. 8. hanc habet, & ipsam foliis distanter translocatis.) *
8. Heumannus Negi Aegyptiorum: Marc. VIII. 22.
9. Hommelhoffius de Quæstione Tur. Nat.: Utrum diuinitum iure permitat, nisi obsecrationem, ex Matth. XXIX. 9.
10. Rudolphus de Genuis in Lege à festa Tharisa præteritis, ex Matth. XXIII. 23.
11. Feller de Inscriptione crucis Christi ex Matth. XXVII. 37. Marc. XV. 26. Lui. XXIII. 38. Joh. XIX. 19.
12. Bokelmann de Initio sensu verborum Christi: Marc. IV. 12. & Lui. VIII. 10.
- Diff. Heumannii ad Marc. VIII. 22. Vide ~~diff. 7.~~ 13.
13. Pintorius de Signatione Scripturae causa erratum: ad Marc. XII. 24. (Patent. 1. Diff. 7. Tom. 47.) (13-17)
14. Scallius de Resurrectione Sepulchri Christi fidei christiana fundamento: ad Ll. Marc. XVII. 1-8. Lui. XXIV.
15. Georgius de Regis Christi officio non mundano: ad Lui. I. 26-38. & Joh. VI. 1-15.
16. — de Officii Propheticæ primitiis quas Christus subsecatu[m] edidit: ad Lui. II. 41-52.
17. Huhnus de Reparatione Angelii Christum confortantis: Lui. XXII. 43. Spiritus S. neutiquam tribuenda.
18. Strothmann de Canone V. T. & divino & perfecto, ex verbis Christi Lui. XXIV. 44.
19. Balthazaris Biga observationum symbolarum ad Joh. I. 14.
20. Georgius de Abitu Iesu ad Petrum ejusq. fructu, ad Ll. Joh. XVI. 5-15 & 16-23.
21. Bucerus de Exitu Abrahami ex Haran, nro. non mortuus, patre Tharah, ad Act. VII. 4.
22. a Scelen de Poetis, eorumdemq. dictis in N.T. citatis: ad Act. XVII. 28. 1. Cor. XV. 33. Tit. I. 12.
23. Richterus de Homine per mortem a peccatis justificato, ex Rom VI. 7.
24. Gaffius: Num ex verbis Paulini: Quis te discernit? (1. Cor. IV. 7.) prodestinatio ab expulsi posset?
25. Voiger Minister ecclæpsis omnibus omnia, ex 1. Cor. IX. 22.
26. Zhorn de Angelis quorum causâ feminâ cœlesti non regnare habere jubes, 1. Cor. XI. 10. (III. 18)
27. Ikenius de Contemplatione gloriae Dei in reiectâ facie I.C., & fidelium in eande imaginem (metaphysicæ, II. 6.)
28. Cyprianus de Scrutatu Legis, Gal. V. 18.
29. Wilke de Implectione legis Christi per portationem oneris alieni, Gal. VI. 2.
30. Müller de Loco Paulino Col. II. 18.
31. Handler de Archipago & admonitione Pauli ad illum pertinente Coloff. IV. 17.
32. * Walther de Vera Origine Christum servari: Videb. Gustave mortem, ad Epiphi. II. A.T. Matth. XVI. 28. Marc. XI. Luc. II. 26. IX. 27. Joh. VIII. 51. 52. Act. II. 9. XI. 5. coll. P. LXXXIX. 49 & G. XXV. 8. (Incompleta off. diff. 7.)
33. Stroth de Cura veteris Ecclæpsis circa libros facios N.T.

∞.







Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn862445760/phys_0050](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862445760/phys_0050)

DFG



26.

galiden Angaros deriuemus, facile
mus Angelos ab eadem esse dictos,
ἄγγελος non multum differre. Cum
nuncios eiusmodi inter primos
t *angari* ab iis, et *angeli* ab eodem
sunt. Eosdem autem *συνονύμως* ita
, SVIDAS in Lex. agnoscit sub voce
scribens: *Ἐτῶς ἐνάλευ οἱ περσαὶ τὰς βασι-*
Et vtrumque nomen, ita pergit
d alias gentes manauit, ita tamen,
nomen, nescio quo fato, magis
reditum fuerit, et *angarorum* pro so-
nunciis, qui alias ad seruitium re-
consueuerant, usurpatum. Certe
ioque vocem *ἄγγελος*, ἄγνη scribit esse

§. XXV.

em haec omnia, quae magnus ille
neic in medium protulit, pro mera
habenda sint, atque adeo non nisi
n prae se ferant; id tamen recte con-
licebit, vocabulum *τῶν ἄγγελων* la-
quam vt solis spiritibus coelestibus,
n primario, tribui debeat, cum nec
illi,

2
2
31
32
33
4